

- 68 Majoratus institutor, qui ad successionem descendentes tantum vocavit, presumitur etiam quod collaterales vocaret, & perpetuitati Majoratus consuleret, si cogitaret descendentes lineam extinguendam esse.
- 69 Ludovici Molinae fundamentis precipuis, videri ex nonnullis satisfieri posse, quae hoc num. & sequent. adnotantur; ejus tamen sententiam veriorum putat Auctor, ut infra dicitur num. 75.
- 70 Voluntas testatoris in fideicommissis, & majoratibus ex conjecturis induci potest, illaque observari debet, modo urgentes & necessariae conjecturae interveniant.
- 71 Ex conjecturis legitimis quod deducitur, etsi verbis expressum non fuerit, evidentem inducit voluntatem, & expressum videtur.
- 72 A conjecturis necessario recedendum est per voluntatem expressam.
- 73 Conjectura nulla adeo efficax esse potest, ut sit potentior voluntate expressa, quae facit ut, conjecturis locum non sit.
- 74 Conjecturae voluntatis sumi debent ex eo, quod est expressum in testamento, & non aliter.
- 75 Ludovici Molinae opinionem securiorem, & veriorum videri; & si casus occurreret, quod libentius secundum eam consuleret, & judicaret Auctor, qui hoc numero, vel uno verbo tantum omnibus satisficit, quae contra eundem superioribus numeris adnotaverat.
- 76 Voluntas, quae ex expressis in testamento colligitur, ita observari debet, ac si expressim, & nominatim expressa fuisset.
- 77 Majoratus institutor, si factis aliquorum filiorum, & descendentes ab eis specialibus vocationibus juxta speciem propositam supra, num. 57. ad collateralium vocationes non descendit, dixerit tamen, se facere dispositionem suam favore generis, & familiae, & ad conservationem illius, vel ut bona perpetuo in familia, aut in agnatione sua conserventur, vel alia similia verba adjecerit; tunc indubitanter videbitur majoratus perpetuus institutus, etiam inter omnes transversales in infinitum, & num. seqq.
- 78 Familia conservanda ratio, generaliter adjecta efficere debet, ut omnes de familia comprehendatur, quamvis non fuerint specialiter nominati.
- 79 Fideicommissum simplex, & absolutum inter omnes de familia, aut de agnatione inducitur, quando testator procedit disponendo, quia vult bona sua perpetuo conservari in familia, aut in agnatione sua.
- 80 Et idem dicendum esse, si testator idem expresserit se facere fideicommissum, ut bona conserventur in sua domo.
- 81 Majoratus institutor, si factis antea specialibus aliquibus vocationibus, prohibeat bona alienari ratione expressa, ut perpetuo conserventur in agnatione, aut in familia sua, Majoratum perpetuum instituere videtur.
- 82 Ex prohibitione alienationis facta expressa ratione, ut bona in familia, aut in agnatione perpetuo conserventur, simplex inducitur, & absolutum fideicommissum inter omnes de familia: quod intellige, ut declaratur infra, num. 85.
- 83 Fideicommissum ampliandum non esse, etiam propter rationem expressam, quae generalior sit ipsa dispositione; imò generalem rationem intelligendam esse, & restringendam juxta speciem ipsam dispositionem, ex sententia quorundam, quae non probatur.
- 84 Fideicommissa cum onus contineant, strictè interpretari debent; Majoratus verò favorabiles sunt, atque propter bonum publicum introducti, cum de familiae conservatione in eis tractetur, ideoque non sunt restringendi sicut fideicommissa, sed potius ampliandi, ut hoc numero adnotatur.
- 85 L. pater filium, §. fundum Titianum, ff. de legatis tertio, explicata, & Bartoli intellectus receptum,
- 86 Majoratus institutor, si post factas speciales aliquas vocationes, generalem clausulam subjiciat in fine dispositionis, quae significet, se velle familiae suae, aut generi consilium, perpetuum Majoratum instituere videtur.
- 87 Clausula generalis in fine apposita, ampliatur dispositionem precedentem.
- 88 Sub verbo, linage, aut agnationis, comprehenduntur omnes collaterales, & censentur vocati in dispositione ipsius favore facta.
- 89 Majoratus institutor, si verba proferat, quae perpetuam successionis causam denotent aperte, ut in perpetuum, semper, omni tempore, in infinitum, & alia similia, perpetuum Majoratum instituere videtur.
- 90 Quia dictio semper, apposita in dispositione, significat tractum temporis, & omni casu, & tempore.
- 91 Et similiter dictio in perpetuum, habet tractum successionem in futurum, & denotat tempus in seculum seculorum.
- 92 Et idem dicendum est, quoties factis specialibus vocationibus, per modum rationum, aut causa finalis dixerit: Quia nolo, quod bono mea exeat de domo mea, aut de nomine meo.
- 93 In casu proposito supra, num. 86. quod obici non possit collateralibus contententi, se ad Majoratum admittendum esse, de re non loquitur scriptura, aut subditio; item quod non sit extensio de persona ad personam cum singulari declaratione.
- 94 Majoratus institutor, cum ejus mentis fuit in institutione, ut bona sua in sua familia semper conservari vellet, licet descendentes tantum vocaverit, & non collaterales, negari non potest quin in genere saltem, si non in individuo, de collateralibus cogitaverit, quia alia bona non conservarentur perpetuo in sua familia.
- 95 Dispositio ex verisimili testatoris voluntate, de persona ad personam, sicut de casu ad casum extendi debet.
- 96 L. si quis ita, §. penultimo, ff. de testamentaria tutela, explicata remissive.
- 97 Majoratus institutor, si in initio dispositionis, generale aliquod verbum, sive generalem clausulam adjiciat, quia perpetuum Majoratum instituere velle, aut perpetuo consilium conservationi suae familiae videatur, postea verò speciales aliquas vocationes faciat, vel ad certas & limitatas personas dispositionem suam restringat; nihilominus perpetuum Majoratum fecisse videbitur.
- 98 Praefatio, aut proemium dispositionis, mentem, & voluntatem disponentis declarat, idque multis, exornatum, atque explicatum remissive, & supra, c. 6. num. 60.
- 99 Principium constitutionis, si generale sit, quamvis postea subdantur aliqua verba, quae certas & limitatas personas respicere videantur omnino, constitutio interpretanda est, ut generalis sit, & specialiter comprehendantur omnes secundum naturam principii.
- 100 L. Regula, §. & licet, ff. de juris & facti ignorantia, nonnullis exornatur remissive, & num. precedent.

Egregia est, & in judiciis frequens hujus Capituli disputatio, in qua tanta semper fuit inter Doctores contentio, & maxime inter recentiores hujus Regni Scriptores altercatio, ut nimium altercando, amissa penè sit veritas, nec certum quid statutum, quo aperte dignosci possit, quae, qualis, quantave sit virtus, & effectus dictionis hujus Majoratus, cum simpliciter proferatur, aut cum ad certas, & specialiter nominatas personas refertur, aut restringitur. Quare non absque maxima utilitate futurum judicant, si quamplurima, quae in continua librorum lectura versando, in nonnullis etiam causis, & negotiis scribendo elaboraveram, in medium

medium proferrem, & ferè omnia, quae de hac re in variis locis ab aliis haecenus adnotata fuere, in unum congererem, ut in futurum, quae antea scripserunt Doctores, atque in Scriptis eorum praesententur, clare, & dilucidè percipere valeat Lector, & juxta facti occurrentis qualitatem, quod verius sibi videatur, eligere; & pro majori distinctione sequentia constitutere, si venonnullos casus distinguere necessarium duxi.

- 2 Sit igitur primus casus; quoties Majoratum quis instituit, duntaxat dixerit: *Ex bonis meis Majoratum instituo*, sive *facio*, aut *volo*, quod bona mea jure Majoratus deserantur, nec aliud adiciat: quo casu dubitatur utrum ex vi verbi Majoratus, perpetua majoria inducatur, & quis ordo in successione ejus observari debeat?
- 3 Et in terminis nostris, quod verbum Majoratus significet majoritatem perpetuam, & omnium primogenitorum substitutionem, & quod res deveniat de majore in majorem in infinitum, cum Castrensi in consilio 264. In praesenti causa, quae vocatur majoria Hispanensis, columna 2. lib. 2. & Parisio in consilio 75. num. 7. & sequentibus, lib. 2. ubi propositum speciem, in qua testator mandavit bona sua perpetuo subjacere fideicommissis, & cum aliis Authoribus resolvit Burgos de Paz junior, civilium, quaest. 2. num. 118. per totum, folio mihi 79. quo loco, & praecipue num. 71. in finalibus verbis, aperte probat, in specie proposita, vel illis tantum verbis adjectis, perpetuum ceteri Majoratum institui; in hunc enim modum scribit: *Quare optime sequitur, quod non fuit necessarium, quod fundator plus diceret, quam se facere Majoratum, ut omnes primogeniti in perpetuum videantur vocati: & iterum num. 74. in fine, in versiculo, quare cum consuetudo, & num. 84. ubi ex sententiis aliorum Authorum comprobans, rectè ostendit, quod praedicta verba, Majoratum instituo, nihil aliud denotent, quam vocare perpetuo majorem natu, & velle, quod res veniat de majore in majorem in infinitum. In quo etiam concordant Socinus in consilio 47. Facti, num. sexto, lib. tertio. Decius in consilio 397. num. 7. dum dicit, quod constituitur Majoratum, nihil aliud est quam velle, ut bona unita conserventur perpetuo in personis primogenitorum, quia verbum Majoratus est collectivum, & sub se plures comprehendit primogenitos, ut probavit Burgos ipse junior, quaest. 2. num. 89. ubi multos Auctores refert, atque ex sua natura perpetuitatem denotat, ut latè ostendit Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 4. per totum. Burgos de Paz in consilio 44. num. 11. Alexander Raudensis de analogis, lib. 1. cap. 15. num. 307. fol. 99. Et sic eo ipso, quod ex omnibus suis bonis, vel ex aliquibus, se facere Majoratum profuturum quis, bona ipsa in sua familia perpetuo conservari velle videtur, etsi aliud non adjiciat, ex Parisio in consilio 72. num. 81. & 84. lib. quarto. Burgos de Paz in consilio 2. num. 75. Valazquez de Avendanno in 140. Tauri, glossa 1. num. 29. & tenet novissime Blasius Flor. Diaz de Mena, variarum quaest. lib. 1. cap. 18. num. 19. & num. 32. aperte etiam probare videtur Covarr. variarum resolutionum, lib. 3. cap. 5. num. 6. licet ipse Auctor indistinctè nimis, aut malè citari soleat communiter per Scriptores nonnullos hujus Regni, qui simpliciter quoad nostrum casum allegant illum d. cap. 5. per totum; & sic eum refert Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 3. num. quinto. & Blasius Flores ubi supra, sed malè quidem, utpote, cum eo loco diversam speciem proponat Covarruvias, nec loquatur eo casu, quo instituitur Majoratum simpliciter dixerit, ex talibus bonis se facere Majoratum, nec aliquem ad successionem nominaverit; in quibus terminis dubium excitavimus, ut vides, & loquutus est Molina loco relato supra, sed in alio casu longè diverso, nempe, cum unus tantum nominatur, cui bona relinquuntur titulo, & jure Majoratus possidenda, quod valdè differt à nostro proposito, ut de se patet manifestè. Debet igitur expendi di Covarruv. lib. tertio, dict. cap. quinto, num. sexto, ubi expressè affirmat, quod constitutio leg. 45. Tauri,*

admitti debet, non tantum, ubi ex Majoratus institutione expressim apparet, quis vocatus sit ad Primogenium, sed & quoties nullae adjectae fuerint clausulae Majoratus; imò is simpliciter fuerit institutus, appposito bonorum vinculo jure primogenii, ut in eum transeat possessio mortuo ultimo possessore, qui tantum nominatus fuit, vel mortuo eodem institutore, qui nullum nominavit, nec aliquam clausulam adjecit, sed tantum Majoratum ex bonis suis instituit, qui de jure, & consuetudine hujus Regni admitti debet. Ecce ubi praedictus Auctor dicit expressim, Majoratum simpliciter instituto, & nullo ad successionem nominato, eum admittendum institutore defuncto qui de jure, & consuetudine hujus Regni admitti debet; & consequenter quod ex vi verbi Majoratus, perpetua majoria remanet instituta, quamvis institutor aliud non adiciat: & in eandem sententiam inclinatur aperte Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 3. num. 1. et sequent. ubi dicit, quod in successione Majoratus absque ulla lege, conditione, seu nominatione instituti, servari debet idem succedendi ordo, qui legibus Regiis, & consuetudine in Regni successione servatur; & reddit rationem. quia dispositio quaelibet secundum regionis consuetudinem interpretanda est, ut juribus, & Authoribus ibidem probat, & eadem ratione, & aliis similibus in confirmationem nostrae casus utuntur etiam Burgos de Paz junior dicta quaest. 2. num. 72. et quatuor sequentibus. Mieres de majoratu, 1. part. quaest. 48. à num. 13. usque ad num. 29. & confirmatur ex resolutis per Menochium lib. quarto, praesumptione 106. num. 1. et 2. Mantacam. de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. sexto, titulo. 6. num. 1. et titulo. 7. et 8. Peregrinus de fideicommissis, articulo 17. num. quarto, & quia testator praesumitur in dubio conformare voluisse suam dispositionem cum dispositione juris, & faciendi Majoratum simpliciter, suos descendentes, & consanguineos, eo jure, eoque ordine ad successionem admittere, quo de jure, admitti debent, ut in fideicommissis loquentes adnotarunt Rolandus in consilio 38. num. 44. lib. 4. Socinus junior in consilio 146. num. 12. lib. 2. Hieronym. Gabriel in consilio 86. num. 8. lib. 1. Cephalus in consilio 489. num. 34. lib. quarto. Ruinus in consilio 163. num. 7. lib. 1. Theobias Nonius in consilio 4. num. 6. Alexan. Raudensis de analogis, lib. 1. cap. 15. num. 388. Tenuit etiam eandem sententiam ipse Molina lib. 1. cap. quarto, num. 30. in fine, ubi dicit in hunc modum: *Hec autem omnia plane procedunt, quando Majoratus institutor ex bonis suis indefinitè Majoratum instituit, absque aliqua descendente, vel transversali vocatione: Hoc est dicere, ut eo casu perpetuus Majoratus inducatur in infinitum quoad descendentes, & transversales etiam consanguineos testatoris, ut aperte colligitur ex his, quae ipse resolvit numeris praecedentibus. Sunt etiam ejusdem sententiae Joannes Marienzus, & Alphonsus Azevedus, ille in l. 1. titulo. 7. lib. quinto novae collectionis Regiae, ubi adnotavit cum aliis, quos ibidem refert, quod Majoratus mentione facta in aliqua dispositione, vel scriptura, omnes clausulae censentur appositae, & omnia subintelligi debent, quae communiter solent apponi in Majoratu, ex lege, consuetudine, vel alia constitutione, iste in rubrica ejusdem tituli. 7. lib. 5. num. quinto, in fine, versiculo, etiamsi nihil adjiciatur. Mieres de majoratu, 1. part. quaest. 48. num. 24. ubi ex dictis antea, & traditis per Monderum in Consuet. Parisien. §. quinto, num. 74. fol. 84. quod omnis actus, in quo non apparet determinatio certa, debet accipi, & determinari secundum consuetudinem loci, quae est ibi ius commune: item ex aliis similibus in eodem loco adductis, affirmat se alia sustentasse, cum quidam miles ex Primatibus hujus Regni in suo testamento cavisset, quod relinqueret quandam domum principalem, quam habebat valoris viginti mille ducatorum, titulo Majoratus, etsi nihil aliud statuisset, nec vocasset filium majorem ad Majoratum, nec aliud ultra dixisset, quam praedicta verba.*

verba; quod ex hoc solum domus remansit vinculari in favorem filii primogeniti, cum omnibus qualitibus & gravaminibus, quae in Majoratibus tradi solent, tam ex jure, quam ex consuetudine. Quae decisio singularis est, dum extendit ea, quae haecenus diximus, ut procedant, non solum cum institutus majoratum sic simpliciter, consanguineos tantum habet, sed etiam cum filii, aut descendentes ejusdem existant. Quo casu considero unum ad declarationem praefatae doctrinae necessarium in praxi, ut si praedicta domus, vel alia res excedat Tertium, & Quintum, in quo dumtaxat Melioratio, aut Majoratus fieri potest inter filios, facultate Regia non interveniente: adhuc tamen, etsi res excedat valorem Tertii, & Quinti bonorum, Majoratus in Tertio & Quinto sustineri debeat, ex his, quae resolvit ipse Mieres de majoratu, in initio 1. partis, num. 8. & 9.

14 ubi expresse affirmat, & recte comprobatur, quod si pater relinquit filio quamlibet rem titulo Majoratus, ad id non habens facultatem Regiam, resque excedat valorem Tertii, & Quinti bonorum, quod sustineatur Majoratus in Tertio, & Quinto: & sequitur Azevedius in l. 8. titulo sexto, num. 1. & 2. lib. quanto nova collectionis Regia, idque certum est ex decisione l. 23. & 26. Tauri, quae hodie sunt l. 7. & 10. titulo 6. lib. quinto nova compilationis.

Ex his inferri potest ad duo. Primum, verum esse, quod tradit Georgius Lopez in l. 2. titulo 15. part. 2. verbo, majoria, quae 1. incipit: Ex praedictis etiam videtur, dum dicit, quod si pater habens plures filios, dicat quod facit Majoratum de talibus, & talibus bonis in filium suum, quod valeat dispositio, & intelligatur de filio majori, cum hoc sit de consuetudine, & per consequens de mente testatoris: & ad text. in l. si quis ita, in versiculo, si quis filio, ff. de testamentaria tutela, qui videbatur in contrarium urgere, optime respondet, & sequuntur Antonius Gomezius in l. 40. Tauri, num. 59. qui nonnullis fundamentis confirmat. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 6. fol. mibi 91. Mieres de majoratu, l. 1. part. quae 48. num. 27. & comprobari potest ex his, quae adnotavit Blasius Flores Diaz de Mena variarum, lib. 1. cap. 18. num. 33.

16 Secundo inferitur, veram esse ejusdem Gregorii Lopez resolutionem sub eodem verbo, Majoria, versiculo, unde sufficeret, quatenus dicitur, quod si inter descendentes alicujus, bona vinculentur jure majoratus, etsi non dicatur, quod perpetuo sint vinculari, perpetua Majoria constituta censetur: & reddit eandem rationem, scilicet quod verba testatoris, vel alterius disponentis intelligi debent secundum consuetudinem, vel statutum loci, in quo disponitur; & cum eo transit simpliciter Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. d. §. 3. num. 8. fol. 90. & nonnullis comprobans, sequitur Burgos de Paz junior civilium, quae 2. num. 118. in versiculo, & ait etiam, fol. 80. & ultra eos id ipsam confirmari potest ex his, quae tradunt Alciatus in consilio 484. num. 3. & sequentibus, & in consilio 561. in princ. Rubeus in consilio 53. Cephalus in consilio 353. num. 3. volumine 3. Rolandus in consilio 70. num. 21. & sequentibus, lib. tertio. Aldobrandinus in consilio 31. num. 21. & 27. & in consilio 113. num. 24. volume 1.

17 Verum, quia in jure nostro nihil pacificum est, nec aliquid ita certe definitum, ut aliquam contradictionem non habeat; in eisdem terminis, in quibus casum praedictum proposuimus supra, num. 2. & sequentibus, contrarium defendit Didacus Simancas de primogenitis Hispaniae, lib. 1. cap. 25. per totum, fol. 24. & 25. ubi secure affirmat legibus Regis id dumtaxat cautum, ut possint subiecti bona quaedam colligata, illaque liberis, aut consanguineis relinqui, & quae velint fundatores onera, & conditiones adicere, non tamen usquam receptum esse, quod verbo illo Majoratus, prohibitio alienationis, & successione ordo comprehendatur: & inde, quod qui vincula, onera, & conditiones explicare debuerat, & nihil aliud dixit, quam, facio Majoratum

ex bonis meis, aut volo quod bona mea deferantur jure Majoratus, imperfecte suam voluntatem declaravit; atque ideo talis dispositio inutilis proferri debet.

Movetur autem Simancas dumtaxat ex text. in leg. si quis cum testamentum, 25. ff. de testamentis, qui vere nihil probat, loquitur enim Jureconsultus ibi, cum testator coepit facere testamentum, & haeredes aliquos instituit, vel aliqua legata reliquit, & antequam compleret testamentum, decessit, vel obmutuit: quo casu testamentum, annullari, & consequenter ex testamento non completo nihil deberi respondet, dummodo constet testatorem voluisse ad ulteriora procedere; nam alias in dubio si hoc non constaret, licet superveniret mors, vel alius morbus reddens testatorem ipsum mutum, non vicaretur actus praebulus, & primi haeredes ex testamento haeredes essent: ubi vero constet, quod testator ultra disponere volebat, & morte, aut morbo impeditus id non fecit, ideo testamentum vitaretur, quod imperfecta sit, & non consummata voluntas; & sic ex defectu voluntatis valere non debet, ut post Bartol. Imolam, & Doctores ibi, recte ad explicationem ejus text. observant, & multa in proposito congerunt Jalon in consilio 34. num. 5. volumine 1. Carolus Ruvius in consilio 1. num. 22. volumine 2. Parisius in consilio 46. num. 7. & sequentibus, volumine 4. Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus, quae 4. ad legem Regni, folio mibi 89. Gualdenus de arte testandi, titulo de testamentis, caucela 11. num. 6. Burgos dalon de Paz in l. 3. Tauri, num. 223. & sequentibus, & num. 232. & sequentibus, & ibi Antonius Gomezius a num. 105. Tellur Fernandez, part. illius legis, num. 18. cum sequentibus. Matienus in l. 11. titulo 4. glossa 1. lib. 5. nova collectionis Regiae. Petrus Magdalenus de num. testium in testamentis requisito, 2. part. cap. 5. per totum Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 3. titulo 20.

Ceterum in casu proposito supra, ex num. 2. perfecta datur, & consummata testatoris voluntas & dispositio, nec voluntatis defectus considerari potest, utpote cum eo ipso, quod Majoratus institutor dixit, se facere Majoratum ex bonis suis, satis explicitè iudicium suum complevit, voluntatemque suam declaraverit; & quamvis nihil aliud adiciat, perinde haberi debeat ac si vincula omnia, conditiones, & substitutiones exprimeret, quae ad perfectionem suae voluntatis, atque perpetuitatem ipsam Majoratus inducendam, necessaria sunt, sic ut nihil praefatae dispositioni deficiat, nec aliquid ultra desiderari debeat, ex Socino in consilio 47. num. sexto, & in consilio 57. num. 3. lib. 3. Parisius in consilio 72. num. 86. lib. 4. quos in alio casu cum iudicio expendit Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 2. num. 13. & 14. & eodem lib. cap. 3. num. 5. in fine, recte dicit, Didaci Simancae superiorem sententiam, se nullo modo probare posse; non tamen respondet ad fundamentum praedictum: & cum eodem Molina, Mieres, & aliis Authoribus, Joannes Vincentius Honded. in consilio 4. num. 9. & 10. & in consilio 46. num. 21. 22. & 23. lib. 2. ubi dicit, quod institutus primogenituram, intelligitur expressisse omnia, quae sunt illius propria, & naturalia, etsi illa non expresserit, quia actus quilibet praesumitur gestus secundum suam naturam, a qua recipit interpretationem, l. quero, §. inter locatorem, ubi Bartolus num. 1. ff. locati Alciatus regula tertia, praesumptione 32. num. 1. Menochius lib. tertio, praesumptione 88. & lib. sexto praesumptione 10. & quod testator instituens Majoratum, censetur illum facere secundum leges aut consuetudinem suae patriae, & alia similia, ut ibi videri poterit: Novissime Blasius Flores Diaz de Mena variarum quae 1. cap. 18. num. 19. ubi cum aliis multis, quos ibi refert, probavit, Majoratum ex conjecturis induci: atque ex sola dictione Majoratus, sine aliis vocationibus, & num. 32. ubi resolvit, quod si testator cum onere anniversarii, aut memoriae perpetuae, professus est se velle facere Majoratum, etiam si nec substitutio, nec, nec vocationes faciat, inducitur Majoratus perpetuus

23 Secundus casus sit, cum institutus Majoratum, sic dixerit: Ex bonis meis Majoratum facio, sive voto quod bona mea jure Majoratus deferantur, nec distincte atque explicitè successione ordinem designavit, familiam tamen suam vocavit, aut in favorem familiae suae Majoratum instituire professus est: quo casu perpetuum Majoratum induci, & bonorum vincula perpetuo durare, atque ex Regni successione, ex generali consuetudine, ac verisimili testatoris voluntate, intelligi debere ordinem legitimae successione esse servandum, ut certum tradit Didacus Simancas de primogenitis Hispaniae lib. 1. cap. vigesimo quarto, fol. 23. & 24. qui dumtaxat movetur ad sic dicendum ex communi doctorum resolutione in §. Divi, l. filius familias ff. de legat. 1. cum posset etiam atque ex aliis resolutionem suam juvare, maxime ex textu in l. cum ita legatur, §. in fidei commissio, ff. de legat. 2. ubi ad fideicommissum relicto familiae, omnes de familia admittuntur, tam nominati, quam non nominati, & valere fideicommissum pro certo supponitur, & in l. peto §. fratres, in versiculo, quid ergo, ff. eodem titulo, ubi Papinianus Jureconsultus eleganter advertit, proximum quemque primo loco invitatum videri, & ibi Glossa, verbo, proximus, jura similia allegat; ex textu etiam in l. finali, cap. de verborum significatione, ubi in fideicommissio relicto familiae, succedendum esse dicitur secundum ordinem successione ab intestato, atque ex his, quae in proposito eorum iurium observant Doctores ibi communiter, Barbacia consilio 14. columna 2. lib. 3. Zafius in consilio 16. lib. 2. Paulus Parisius in consilio 30. & in consilio 36. & 37. lib. 2. Covarr. practicum cap. 38. num. 2. in versiculo, idcirco pro Socini sententia, Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 9. num. 7. Cephalus in consilio 313. num. 45. lib. 3. Panciroli in consilio 152. num. 6. Decianus in consilio 1. num. 344. volum. 1. Hieronymus Gabriel in consilio 86. num. 3. lib. 1. Joannes Vincentius Hondedus in consilio 70. num. 23. volum. 1. & in infinitum; nam verbum familia, collectivum est, ut observant communiter Doctores in l. Gallus, §. quidam vestra, ff. de liberis & posthumis, ubi Galiaula num. 24. Rubeus num. 49. & cum Socino, Cephalo, & aliis Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quae 5. num. 175.

24 Sol. mibi 77. agnatosque, & cognatos omnes comprehendit, ut multis aliis relatis notarunt Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 4. num. 9. Velasquez de Avendanno in l. 40. Tauri, glossa 9. num. 16. Idcirco omnes de familia succedere debent gradatim perpetuo, ac per fideicommissum, non per vulgarem substitutionem, ut in Majoratu loquens observavit Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 6. num. 14. & 15. ubi in id retulit Cumanum, Socinum, & alios, & ultra relatis ibi, comprobatur optime haec doctrina autoritate eorum, quae resolvunt Covarruvias practicum cap. 38. num. 4. per totum. Cephalus in consilio 646. num. 2. & sequentibus, volum. 5. & in consilio 353. num. 28. & pluribus sequentibus, volum. tertio, Menochius in consilio 85. num. 77. & pluribus sequentibus lib. 1. Ruvius in consilio 52. num. 5. & num. 8. volumine 2. Anguissola in consilio 38. num. 5. & multis sequentibus, lib. 6. Vegius in consilio 62. num. 63. & in consilio ultimo num. 487. & sequentibus. Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quae 5. ex num. 147. cum multis sequentibus, fol. mibi 71.

Et procedit casus praedictus etiam in fortioribus terminis, nempe cum testator relinquit bona propriae agnationi, cognationi, seu familiae, & talia verba profert, quae videantur tractum successivum denotare, & sic ad primogenituram ordinem referantur; ex his namque verbis Majoratus perpetuus institutus censetur, etsi verbo Majoratus usus non fuerit, ex Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 5. num. 23. qui tamen non refert Simancam, nec tangit aliquid ex superius Joan. del Castillo Quot. Controv. Jur. Tom. II.

titus inter omnes de familia, & regulari debet regulis Majoratus. Et haecenus de primo casu.

23 Procedit etiam, si institutus Majoratum, qui certum successione ordinem non designavit, ut dictum est, consanguineos, aut conjunctos suos vocaverit, aut ex bonis suis profiteatur Majoratum instituire, in favorem suorum consanguineorum, aut conjunctorum, ex resolutione per Rolandum in consilio 70. num. 24. volumine 3. Socinum in consilio 57. num. 6. volumine 1. sunt enim haec nomina collectiva, ut probat Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quae 5. num. 178. & num. 183. sic dicta; quia de sua natura apta sunt comprehendere plures, & diversas personas in pluribus, & diversis gradibus existentes. Ruvius in consilio 159. num. 14. volumine 2. Cephalus in consilio 353. num. 3. vol. 3. Vegius in consilio ultimo, num. 126. Anguissola in consilio 38. in principio, lib. 6.

Tertius casus sit, quoties de forma institutionis Majoratus dubitatur, ita ut non appareat, an institutor perpetuum Majoratum efficere voluerit, illumque perpetuo, atque in infinitum durare, an vero ad certas personas, vel ad certos gradus successione retulit, aut restrinxerit, sive succedendi ordinem qualiter designaverit, aliter non constat: cujus rei exemplum poni possit in Majoratu, de cujus origine, & institutione non apparet per scripturam, sed per immemorialis praescriptionis probationem tantum, juxta decisionem leg. 41. Tauri, quae hodie est l. 1. titulo 7. de los mayorazgos, lib. 5. nova collectionis Regiae; ubi plene declarant Antonius Gomezius, Velasquez de Avendanno, Joan. Matierius, & Alphonus Azevedus, Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 2. cap. 6. per totum, & cap. 8. ex num. 1. Covarr. in regula, possessor, de regulis juris, lib. 6. 2. part. §. tertio. Mieres de majoratu, part. 4. quae 20. per totam. Burgos de Paz junior civilium, quae 2. ex num. 19. cum sequentibus, & quae 4. per totam, Joan. Garcia de expensis, & meliorationibus, c. 9. ex num. 9. cum pluribus sequentibus. Joannes Gutierrez practicum, lib. 2. quae 73. & lib. 3. quae 62. qui sunt addendi ad dict. l. 41. Tauri, & quidem in hoc casu, sicut in superioribus, perpetuum Majoratum iudicari debere inter descendentes, & transverales, & perpetuo inter eos duraturum, ac inter omnes, qui ex genere, aut ex familia institutoris fuerint, secure dici potest: sic ut in eo succedendum sit eo ordine, atque succedendi forma, qua succedi solet regulariter in Majoratibus perpetuis secundum jus commune, & juxta consuetudinem Regni, de qua in l. 2. titulo 15. part. 2. ubi probatur, quod in successione regni, in infinitum admittuntur descendentes, & in defectum eorum transverales, eo quod non constat de vocationibus limitatis, prout non constat in casu a nobis proposito, & sic dicta lex optime facit pro resolutione hujus quaestione; nam, ut diximus supra, de natura Majoratus cujuslibet est, quod debeat esse perpetuus, & ita iudicare debemus, quando aliud non apparet, nec repugnat, ut in nostro casu, ut ex Baldo, & Decio notavit Gregorius Lopez in l. 2. titulo 15. part. 2. verbo, el mas propio, quo pariente, 1. quae 1. in fine. Didacus del Castillo in l. 27. Tauri, in verbo, para siempre, & in l. 46. in verbo, todas, & omnis actus censeri debet potius perpetuus, quam temporalis, l. sufficit, ff. de conditione indebiti, cap. cum venissent, de institutionibus, cum additis per Burgos de Paz dict. quae 2. num. 101. fol. 72. & ita hanc sententiam in casu praedicto amplectitur Didacus de Simancas de primogenitis Hispaniae, lib. 1. dict. cap. 24. fol. 23. & verè quidem, atque juxta rationem juris sic affirmat, quamvis nullo modo comprobet eam; nam si Majoratum ex immemoriali praescriptione admittimus, quod in dict. l. 41. Tauri expresse

dictis: pro eo autem expresse faciunt resoluta per Decianum in consilio 1. ex num. 266. cum multis sequentibus, lib. 1. Jacobum Mandellum de Alba in consilio 483. num. 4. Hyppol. Riminald. in consilio 279. a principio, lib. 3. & in consilio 482. num. 34. lib. 5. & in consilio 739. num. 53. & sequentibus, lib. 7.

30 Procedit etiam, si institutus Majoratum, qui certum successione ordinem non designavit, ut dictum est, consanguineos, aut conjunctos suos vocaverit, aut ex bonis suis profiteatur Majoratum instituire, in favorem suorum consanguineorum, aut conjunctorum, ex resolutione per Rolandum in consilio 70. num. 24. volumine 3. Socinum in consilio 57. num. 6. volumine 1. sunt enim haec nomina collectiva, ut probat Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quae 5. num. 178. & num. 183. sic dicta; quia de sua natura apta sunt comprehendere plures, & diversas personas in pluribus, & diversis gradibus existentes. Ruvius in consilio 159. num. 14. volumine 2. Cephalus in consilio 353. num. 3. vol. 3. Vegius in consilio ultimo, num. 126. Anguissola in consilio 38. in principio, lib. 6.

33 Tertius casus sit, quoties de forma institutionis Majoratus dubitatur, ita ut non appareat, an institutor perpetuum Majoratum efficere voluerit, illumque perpetuo, atque in infinitum durare, an vero ad certas personas, vel ad certos gradus successione retulit, aut restrinxerit, sive succedendi ordinem qualiter designaverit, aliter non constat: cujus rei exemplum poni possit in Majoratu, de cujus origine, & institutione non apparet per scripturam, sed per immemorialis praescriptionis probationem tantum, juxta decisionem leg. 41. Tauri, quae hodie est l. 1. titulo 7. de los mayorazgos, lib. 5. nova collectionis Regiae; ubi plene declarant Antonius Gomezius, Velasquez de Avendanno, Joan. Matierius, & Alphonus Azevedus, Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 2. cap. 6. per totum, & cap. 8. ex num. 1. Covarr. in regula, possessor, de regulis juris, lib. 6. 2. part. §. tertio. Mieres de majoratu, part. 4. quae 20. per totam. Burgos de Paz junior civilium, quae 2. ex num. 19. cum sequentibus, & quae 4. per totam, Joan. Garcia de expensis, & meliorationibus, c. 9. ex num. 9. cum pluribus sequentibus. Joannes Gutierrez practicum, lib. 2. quae 73. & lib. 3. quae 62. qui sunt addendi ad dict. l. 41. Tauri, & quidem in hoc casu, sicut in superioribus, perpetuum Majoratum iudicari debere inter descendentes, & transverales, & perpetuo inter eos duraturum, ac inter omnes, qui ex genere, aut ex familia institutoris fuerint, secure dici potest: sic ut in eo succedendum sit eo ordine, atque succedendi forma, qua succedi solet regulariter in Majoratibus perpetuis secundum jus commune, & juxta consuetudinem Regni, de qua in l. 2. titulo 15. part. 2. ubi probatur, quod in successione regni, in infinitum admittuntur descendentes, & in defectum eorum transverales, eo quod non constat de vocationibus limitatis, prout non constat in casu a nobis proposito, & sic dicta lex optime facit pro resolutione hujus quaestione; nam, ut diximus supra, de natura Majoratus cujuslibet est, quod debeat esse perpetuus, & ita iudicare debemus, quando aliud non apparet, nec repugnat, ut in nostro casu, ut ex Baldo, & Decio notavit Gregorius Lopez in l. 2. titulo 15. part. 2. verbo, el mas propio, quo pariente, 1. quae 1. in fine. Didacus del Castillo in l. 27. Tauri, in verbo, para siempre, & in l. 46. in verbo, todas, & omnis actus censeri debet potius perpetuus, quam temporalis, l. sufficit, ff. de conditione indebiti, cap. cum venissent, de institutionibus, cum additis per Burgos de Paz dict. quae 2. num. 101. fol. 72. & ita hanc sententiam in casu praedicto amplectitur Didacus de Simancas de primogenitis Hispaniae, lib. 1. dict. cap. 24. fol. 23. & verè quidem, atque juxta rationem juris sic affirmat, quamvis nullo modo comprobet eam; nam si Majoratum ex immemoriali praescriptione admittimus, quod in dict. l. 41. Tauri expresse

34 Tauri, quae hodie est l. 1. titulo 7. de los mayorazgos, lib. 5. nova collectionis Regiae; ubi plene declarant Antonius Gomezius, Velasquez de Avendanno, Joan. Matierius, & Alphonus Azevedus, Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 2. cap. 6. per totum, & cap. 8. ex num. 1. Covarr. in regula, possessor, de regulis juris, lib. 6. 2. part. §. tertio. Mieres de majoratu, part. 4. quae 20. per totam. Burgos de Paz junior civilium, quae 2. ex num. 19. cum sequentibus, & quae 4. per totam, Joan. Garcia de expensis, & meliorationibus, c. 9. ex num. 9. cum pluribus sequentibus. Joannes Gutierrez practicum, lib. 2. quae 73. & lib. 3. quae 62. qui sunt addendi ad dict. l. 41. Tauri, & quidem in hoc casu, sicut in superioribus, perpetuum Majoratum iudicari debere inter descendentes, & transverales, & perpetuo inter eos duraturum, ac inter omnes, qui ex genere, aut ex familia institutoris fuerint, secure dici potest: sic ut in eo succedendum sit eo ordine, atque succedendi forma, qua succedi solet regulariter in Majoratibus perpetuis secundum jus commune, & juxta consuetudinem Regni, de qua in l. 2. titulo 15. part. 2. ubi probatur, quod in successione regni, in infinitum admittuntur descendentes, & in defectum eorum transverales, eo quod non constat de vocationibus limitatis, prout non constat in casu a nobis proposito, & sic dicta lex optime facit pro resolutione hujus quaestione; nam, ut diximus supra, de natura Majoratus cujuslibet est, quod debeat esse perpetuus, & ita iudicare debemus, quando aliud non apparet, nec repugnat, ut in nostro casu, ut ex Baldo, & Decio notavit Gregorius Lopez in l. 2. titulo 15. part. 2. verbo, el mas propio, quo pariente, 1. quae 1. in fine. Didacus del Castillo in l. 27. Tauri, in verbo, para siempre, & in l. 46. in verbo, todas, & omnis actus censeri debet potius perpetuus, quam temporalis, l. sufficit, ff. de conditione indebiti, cap. cum venissent, de institutionibus, cum additis per Burgos de Paz dict. quae 2. num. 101. fol. 72. & ita hanc sententiam in casu praedicto amplectitur Didacus de Simancas de primogenitis Hispaniae, lib. 1. dict. cap. 24. fol. 23. & verè quidem, atque juxta rationem juris sic affirmat, quamvis nullo modo comprobet eam; nam si Majoratum ex immemoriali praescriptione admittimus, quod in dict. l. 41. Tauri expresse

Joan. del Castillo Quot. Controv. Jur. Tom. II.

fuit statutum: necessario etiam, & perpetuum cum judicare debemus, cum Majoratu tali, ex mente ejus legis, omnia conveniant, & tribui debeant, quae aliis Majoratibus, de quorum origine, & institutione apparet, proprie conveniunt, ut omnes sentiant aperte, qui legem illam explicarunt atque ex relatis supra num. 34. evidenter colligitur, item ex his, quae multum ad propositum adducit Salazar de usu, & consuet. cap. 2. ex n. 26. usque ad n. 28.

39 Quartus casus sit, cum institutor Majoratus, vocato filio, vel alio consanguineo transversali, aut etiam extraneo, dixit se instituere Majoratum ex bonis suis, sive omnia bona sua, vel aliquam partem eorum, proprio testamento, vel donatione in aliquem detulerit, ita quod ea obtineat, & habeat titulo, & jure Majoratus: in qua specie, etiam si institutor ipse alias condiciones, aut substitutiones non adiecit, dicendum est, Majoratum esse perpetuum, ita ut uno deficiente, alius in ejus locum in infinitum admittatur juxta juris communis dispositionem, & ordinem succedendi ab intestato, quod rationibus, aut testimoniis comprobare necesse non est, cum id praesent ex actibus Covarruvias variarum resolutionum, lib. 3. cap. 5. num. 2. ubi refert Petrum de Peralta, Emmanuelem Costam, D. Antonium de Padilla, Tellum Fernandez, & alios idem tenentes, & ultra eum Burgos de Paz consilio 2. num. 75. & consilio 44. num. 5. & Burgos de Paz juniorem quest. 2. per totam, ubi ponit quaestionem, cum quis dicit se facere Majoratum in favorem talis filii de talibus bonis, nihil plus adjecto & latissime arguit in contrarium a num. 1. usque ad n. 66. & tandem num. 67. hanc partem veterem credit, & multis fundamentis comprobatur eam Antonius Gomezus in l. 40. Tauri, num. 59. & n. 64. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 4. fere per totum, cap. 5. num. 20. & 21. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 6. Mieres de majoratu, 1. part. quest. 48. num. 22. & 4. part. quest. 14. n. 16. & vide in initio 2. part. num. 15. & iribus sequentibus, ubi multa congerit, quae non mediocriter juvant resolutionem praedictam, quam sequitur etiam Joannes Matienzus in l. 1. titulo. 7. glossa 7. n. 3. lib. 5. novae collectionis Regiae, Azevedus in rubrica ejusdem tituli 7. num. 3. ubi expressim adnotavit, in proposito casu durare debere Majoratum sic institutum in perpetuum, ita ut masculi, & foeminae descendentes, & transversales admitti debeant in infinitum, servata tamen gradus & sexus praerogativa.

41 Nec urget in contrarium Gregorii Lopez doctrina, quam contra istum casum nullus Scribentium omnium expendit in l. 2. titulo 13. partita 2. in verbo, majoria, quest. 5. incipit, Item pone quod quis habens filios, ubi videtur velle, quod Majoratus institutus forma praedicta, dumtaxat durare debeat inter descendentes ipsius institutoris, non autem inter fratres ejusdem, & alios transversales, nisi forte constaret ex aliquibus, quod institutus majoriam, voluit illam esse perpetuam, & ponit casum, cum habens filios, fecit majoriam, & dicens quod volebat bona sua esse bona majoriae ex facultate quam habebat, & forte morte praeventus, non aliter ordinavit circa perpetuam successione majoriae, sed tantum reliquit illam filio majori; qui casus omnino similis est proposito supra, num. 29. & tamen in eo, ut vidisti, verbum, Majoratus, sufficere, nec alia requiri ex quibus constare possit, quod institutus voluit majoriam esse perpetuam, omnes superius relati affirmant, & rectius quidem: quoniam negari non potest, quin verbum Majoratus sic adjectum perpetuum, & in infinitum duraturum successione ostendat: Quod ex Authoribus relatis supra, & Burgos de Paz civilium, d. quest. 2. ex num. 68. & multis sequentibus, usque ad num. 122. constat aperte. Item etiam & ultra omnes, quia in casu, quem proponit Gregorius Lopez, nulla poterit constitui ratio, ex qua elici possit, duraturum Majoratum inter omnes descendentes institutoris, & non

inter transversales; nam aut ex vi, & natura verbi majoria, deberet Majoratus in omnes transire in infinitum, qui ex genere, aut familia institutoris sunt: aut si verum esset Assumptum Gregorii Lopez, nec etiam descendentes, admitti deberent, qui ad successione non magis reperiuntur vocati, quam transversales, sed in persona filii specialiter nominati finiri deberet, quod menti institutoris, & naturae Majoratus valde repugnat; & denique verba illa, quod volebat, ut bona sua essent bona majoriae, nec debitorum finem operarentur, nec juxta intentionem testatoris acciperentur. Quocirca Gregorii sententia non placet, & contrarium ex dictis Authoribus libentius probamus, ac quemcumque probaturum credimus, qui rem hanc mature, & cum judicio inspexerit: extenditurque casus praedictus, de quo supra, ex num. 39. ut procedat, non solum si Majoratus mentio fiat, sed, etiam si vinculi mentio facta sit ut idem jus observari debeat, quoties vocato aliquo, ut supra diximus, bona vinculantur, aut ea lege in aliquem deferuntur, ut ea obtineat, & habeat vinculata, aut jure, & ratione vinculi possideat illa, cum Majoratus, & vinculum de consuetudine, & communi ritu loquendi idem significant, & leges loquentes de Majoratu, pariter procedant in vinculo, ut late comprobans ostendit Mieres, de majoratu, in initio 1. part. num. 4. per totum, & tribus sequentibus. Angelus ad leges meliorationum, l. 11. glossa 5. num. 2. fol. 215. ubi refert alios, & sequitur Azeved. in rubrica tituli 7. lib. quinti novae collectionis Regiae, mon. 6. in fine, ubi dicit expresse, quod in contingencia facti consolvit in quadam donatione per contractum inter vivos facta uni filio per patrem Tertii, & Quinti honorum ex causa dotis per viam vinculi, nihil amplius adiciendo, quod censetur perpetuum vinculum illud, ut regularetur tanquam bona Majoratus. Quae resolutio jvari potest ex his, quae numeris praecedentibus adnotavimus.

44 Quintus casus sit, quoties dispositio ita concepta est, ut nomen Vinculi, aut Majoratus non contineat: quod frequenter contingere solet, ubi disponens sequitur legum Regiarum ordinationem, Tertii, & Quinti honorum meliorationem facit: tunc enim quantumcumque sit adjecta alienationis prohibitio, actiam verba adiciantur, quae perpetuitatem denotare videantur, si tamen vocationes ad descendentes primo nominatorum restringantur, Majoratus perpetuus non erit, ut puta si pater meliorationem Tertii & Quinti honorum suorum faciat, & vocaverit talem filium, & descendentes ejus, & in defectum eorum alium filium, ejus descendentes, & his deficientibus alterum filium, & descendentes ejus, & bona perpetuo alienari prohibuerit, aut perpetuo durare, sive conservari velle declaraverit, Vinculi tamen, aut Majoratus verbum non adiecit: tunc enim, ut dictum est, nec perpetuus Majoratus erit, nec etiam prohibitio durabit perpetuo, sed inter vocatos tantum, & eorum descendentes durare debet, & consequenter in ultimo descendente bona manebunt libera, & alienabilia, ad quod est text. singularis, qui quotidie allegatur ad hoc in l. qui solidum, §. prae-dictum, ff. de legatis secundo, ubi pater jure fideicommissi filii suis praedium reliquit, & ejus alienationem extra familiam prohibuit: & dicit text. quod non obstante fideicommissum, & alienationis prohibicione, supremus ex liberis, cui factum fuit fideicommissum, & alienatio inhibita, poterit in eo instituire haeredem etiam extraneum, ad idem est text. in l. cum pater, §. libertus in fine, ff. de legatis 2. l. pater filium, §. fundum Titianum, ff. de legatis tertio, l. 2. cap. quando dies legati cedat, per quem textum dixit Baldus ibidem, quod in re fideicommissum subiecta, ultimo loco succedens succedit libere, & transmittit ad quemcumque haeredem universalem, vel particularem bona fideicommissi, l. Mutiana, in fine, ff. de condit. & demonstrat. & cum aliis plene adnotatur Jafon in l. filius familias, §. Divi, in 2. lectura, num. 82. ff. de legatis 1. Decius in consilio 182. num. 1. Castreus in consilio 1. lib. 2. & melius

melius in consilio 453. lib. 2. Jafon. in consilio 4. In praesenti, num. 2. lib. 1. Angelus in consilio 169. Rolandus in consilio 25. Vifo, num. 19. lib. 1. Mieres de majoratu, 4. part. quest. 29. num. 1. & alii per multi in unum congesti per Blasium Flores de mens in addit. ad decisionem 193. Gama, part. 2. qui praefatae resolutionis rationes plures assignant; earum autem praecipua est, quod cessante causa prohibitionis factae propter filios & descendentes, cessare etiam debet prohibitio ipsa, & quia cum ultimus de familia alienat, nullus remanet, qui petere possit; & ubi nullus laeditur in alienatione, expirat prohibitio l. hoc edito, §. si quis alienaverit, ff. de alienatione judicij mutandi causa facta, l. sequitur, §. Labeo, ff. de usufructibus, cap. 1. §. §. quia, versiculo, cum vero qui feudum dare possit, cap. 1. §. filia, de successione feudali. 7. titulo. 26. partita quarta, in fine.

46 Praeterea & probatur eadem resolutio ex text. in Authent. de restitutione fideicommissi, §. nos igitur, collatione. 9. ex quo communiter adnotare solent Doctores in multis locis, alienationis prohibitionem ultra personas nominatas extendi non posse, ut cum infinitis tradiderunt Antonius Gomezus in l. 40. Tauri, num. 64. in principio Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 4. num. 11. & 12. Burgos de Paz junior civilium, quest. 2. num. 53. & num. 60. Bolognetus in consilio 15. num. 33. & sequentibus. Natta in consilio 470. n. sexto, Cephalus in consilio 330. num. 72. & sequentibus, volum. tertio. Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quest. quinta, n. 56. fol. 55. & quamvis alienationis prohibitio, quando constat de voluntate testatoris expressa, vel ex conjecturis legit mis deducta, extra personas nominatas, & ultra quartum gradum, atque in infinitum extendi, & perpetuo judicari debeat, ut plene probatur Covarruv. resolutionum, lib. 3. cap. 5. n. quarto. Molina de Hispanorum primogeniis: lib. 1. cap. quarto, n. 30. & num. 36. in fine. Burgos de Paz d. quest. 2. num. 61. & num. 86. & ultra relatos ab eis, Ruinus in consilio 147. num. 10. in fine, & numeris sequentibus, volum. 2. Achill. Pedrocha in tractatu de adipiscenda possessione, num. 192. & pluribus sequentibus. Vegius in consilio ultimo, n. 368. in fine, & non sequent. & n. 490. & sequentibus. Hypoll. Riminal. in consilio 279. n. 85. & sequentibus, & in consilio 313. ex num. 81. quoniam sequentibus, lib. tertio. Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quest. 2. ex n. 12. usque ad num. 22. fol. 25. tamen in casu proposito non potest id obtinere quippe cum testator ipse ad nominatos, & eorum descendentes se restrinxerit, nec verbum Vinculi, aut Majoratus adiecit, ex quo perpetuus Majoratus conjectura deprehendi possit, & quamvis bona perpetuo alienari prohibuerit, aut talia verba protulerit, quod perpetuitatem denotare videantur, ea tamen alterare non debent naturam dispositionis, sed potius inter personas tantum nominatas intelligi fuisse relata, etiam si ratio generalis, aut realis fuisset adjecta, quae ad personas expressas limitata videtur, ex his, quae multum ad propositum adnotarunt Rolandus, in consilio 84. num. 11. lib. 1. Alciatus responsio 98. num. 16. in versiculo, Non obstant illa verba in perpetuum, & responsio. 529. n. 9. & 10. Albanus in consilio 2. Joannes Cephalus in consilio 27. num. 11. & sequentibus, & n. 21. in fine, lib. 1. & in consilio 330. num. 33. lib. 3. Bicetta in consilio 55. num. 3. & in consilio 63. Hypoll. Riminal. in consilio 117. num. 71. volum. 2. & in consilio 279. num. 63. & sequentibus, & num. 9. volum. 3. & in consilio 371. num. 124. & sequentibus, volum. 4. ubi cum aliis recte adnotavit, quod ratio generalis, aut verbum quod perpetuitatem praefatae ferre videtur, ex appositione personarum supra nominatarum, restringi debet, quando non militat ratio, quae contrarium suadet, ut est in casu nostro, in quo Vinculi, aut Majoratus mentio facta non est; & sic intra personas tantum nominatas habere debet locum dispositio ex praedictis Authoribus, & his, quae scribit Barbosa in l. si constante, in Joan. del Castillo. Quotid. Controv. Juris, Tom. II.

principio, num. 103. ad finem, fol. 563. ff. soluto matrimonio: item, quia credendum non est, quod si testator Vinculum, aut Majoratum efficere voluisset, id non exprimeret, aut saltem aliquo modo ejus verbi mentione non faceret; ideo cum omnia fuerit, nulla ratione in aucti potest Majoratus perpetuus: quod ita in terminis, ex infinitis a me originaliter, atque ante praecedens, solus Azevedus animadvertit, in rubrica, tit. 7. de los majorazgos lib. quinti, novae collectionis Regiae, num. 7. ubi postquam num. 6. in fine, dixerat, in contingencia facti consuluisset in quadam donatione per contractum inter vivos facta uni filio per patrem, Tertii, & Quinti honorum ex causa dotis per viam vinculi, nihil Amplius adjiciendo, quod censetur perpetuum vinculum, subdit statim num. 70. in fine, verba sequentia: Sed si mentio verbi Majoratus, vel Vinculi non fieret, etiam si vocaretur filius major, & in ejus defectum alter filius ejus major, nepos institutoris, ita ut bona essent inalienabilia, non erit perpetua haec institutio, sed durabit tantum usque ad nepotem vocatum, secundum text. in authent. de restitutione fideicommissi, §. nos igitur. Et quamvis crederent nonnulli in hoc casu loquentum Petrum de Peralta in l. statuliberum, §. Stichum, ff. de legatis 2. n. 3. in versic. unde recte potest inferri, fol. mibi 151. cum dicit, quod si testator prohibuit alienari fundum extra descendentes ipsius, etiam quod dixisset, ut perpetuo esset inalienabilis extra descendentes ipsius, & quod volebat eundem fundum perpetuo remanere apud eos, posset ultimus possessor descendens in quemvis extraneum illum alienare: tamen in alio casu loqui praedictum Authorem, satis mihi compertum est ex eo, quod fundeat sibi ipsemet procedere id etiam in consuetudine Majoratum, & Vinculorum, ubi similis clausula adiecit, & intra descendentes tantum res alienari perpetuo prohibetur: quod aperte deducitur ex verbis ejusdem Authorem, quae ibidem continentur in margine, ubi in hunc modum scriptum reliquit: De eadem re notanda illatio in materia prohibitionis alienationis, quae sit assidue: praesertim in consuetudinibus Majoratum universalium, item & vinculorum (quae vocantur, particularium.) Et sic in fortioribus quidem terminis, ut vides, Majoratus, aut Vinculi perpetuitatem negavit, nec pertinet ad istum casum, sed ad casum sequentem, ad quem recte expedit Peraltam Pelaez a Mieres de majoratu, 4. part. quest. 29. num. 2. in fine, intelligens loquentum eum, ubi favore descendendum bona fuerunt vinculata, & alienari prohibita modo supra dicto, quod tamen an verum sit, casu sequenti videbimus, ut dictum est.

Neque obstant superiori resolutioni traditiones Molinae, de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 4. quoniam loquitur Molina eo casu, quo additum est verbum Majoratus, quod proculdubio multum adiecit perpetuitati successione, estque maximi effectus, ut initio hujus capituli ostendi: cum vero deficit Majoratus verbum, nunquam plus fuit affirmare Molina, quod fideicommissum, aut dispositio personarum nominatarum egredi possit; id enim esset directe contra rationem, & decisionem text. in l. quae conditio, ff. de condit. & demonstrat. & contra communem resolutionem, quam perillum text. tenuerunt quamplurimi, quos refert ipse Molina eodem lib. 1. cap. 5. num. 37. & 38. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 6. titulo 15. n. 6. & vere praefatus Author in eodem cap. 4. nullo modo extat resolutioni dictae contrarius, nec etiam dubitat, an fideicommissum, aut dispositio alia ultra personas nominatas extendi possit: vult tamen constituere magnam differentiam inter fideicommissum & Majoratum, quasi ex verbo Majoratus, aut Hago majorazgo, perpetua agnationis, aut familiae, aut generis totius in infinitum vocatio inducta censei debeat, sed ex fideicommissum haec tantum vocationes, aut substitutiones factae censentur, & attendi debeant, quae a testatore fuerunt expressae, ubi aliud manifeste non apparet, & ita sentit Molina ibidem, num. 13. & num. 17. & num. 20.

in versiculo, que omnia, & n. 22. & 23. & n. 32. & num. 26. in versiculo, nec obstat.

54 Non obstat etiam dispositio l. 27. Tauri, que hodie est l. 11. titulo. 6. lib. 5. nova collectio Regie, ubi statutur, quod in meliorati ne Tertii, in defectum descendencium, collaterales admittuntur, quamvis Vituli, aut Majoratus verbum adjectum non sit, sed omnino omnium; nam ultra ea, que ad explicacionem ejus legis plenissime adnotantur Antonius Gomezus, Telus Fernandez, Joannes Mazienzus, Alphonsus Azevedus, Velasquez de Avendanno, & Angulus ibidem, idem Avendanno in l. 40. Tauri, glossa 1. n. 53. usque ad num. 69. & glossa 15. n. 4. Petrus de Peralta in l. sed duobus, n. 3. de legata 2. Molina de Hispanorum primogeniis. lib. 2. cap. 1. num. 36. & cap. 11. num. 11. Mieres de majoratu, in initio 1. part. a n. 11. & quest. 2. num. 13. versiculo, in finem, & n. 20. versiculo, Ex quibus, & quest. 24. n. 14. & quest. 16. n. 4. & quest. 66. num. 5. & quest. 71. num. 11. & 2. part. quest. 6. num. 25. & num. 72. in fine, Joannes Gutierrez practiarum, lib. 3. quest. 51. & quatuor sequentibus, & quest. 58. n. 20. in proposito nostro constituendum est, quod in dict. l. 27. Tauri, non disponitur, nec aliquo modo statutur, quod is, qui filium, aut descendencem aliquem melioraverit, debeat necessario restitutionis gravamen opponere in favorem collateralium deficientibus descendencibus, sed tantum dicitur, quod predictum gravamen non possit apponi in favorem extraneorum, si super sint collaterales; si tamen institutor nolit collaterales vocare, nec extraneos, id efficere potest nec absque expressa vocatione predicti censetur vocari ab ipsa lege, quinimo gravamen appositum in favorem extranei, quamvis sit nullum, si aliquis collateralis existat non sequitur inde, pertinere debere melioracionem ad collaterales, nisi expresse sint vocati: nec enim ex eo quod sint in conditione, videri debent esse in dispositione l. si quis sub. conditions, ff. si quis omnia causa testamentis, & quamvis preferantur extraneis, non tamen vocantur, argumento l. Lucius, cum sua glossa, ff. de heredibus instituendis, & eorum, que in proposito tradiderunt Antonius Gabriel communium lib. 4. titulo de fideicommissis, conclusio 4. Menochius lib. 4. prae-sumptione 76. Menchaca de successione progressiva, lib. 1. §. 4. a principio. Mantica de conjectura ultimorum voluntatum, lib. 11. titulo. 3. Antonius Theofaurus decisione Pedemontana. 90. atque ita nullum jus datur trans versalibus in d. l. 27. Tauri, nisi expresse vocentur: quia verbum potest, contentum ibi a falsa lo puedan hacer entre sus parientes, non inducit necessitatem, sed voluntatem, ut in l. non quicquid, ff. de iudicio, & notatur per Doctores in l. Gallus, in principio, ff. de liberis & posthumis, Jasonem in l. 4. §. Cato, num. 47. ff. de verbor. oblig. & in l. 1. n. 3. ff. de jurisdictione omnium judicum, & conceit plura Aviles cap. 3. prae torum, glossa, puedan, & in terminis di. l. Regie, 37. advertit Tellus Fernandez ibi, num. 12. & confirmatur ex dictis in simili per Ancharanum, in consilio 300. ubi ad interpretationem statuti cujusdam excludentis feminas maritatas, a quocunque dotatas, a patris hereditate ab intestato, tantibus agnatis masculis, dubitavit num. 3. an predictum statutum videatur hoc disponere in favorem agnatorum, & conservare voluisse jus legitimarum hereditatum inter eos; & tandem resolvit, & magistraliter comprobatur verbis sequentibus ejusdem num. intentionem statuti non fuisse propter exclusionem feminarum, substituere inter se invicem agnatos in hereditatibus acquirendis ex personis agnatorum, nec jus disponendi agnatis eisdem abstulisse, ut ibidem probat num. 4.

57 Sextus casus sit, quoties quis Majoratum instituens, ejus successionem filium suum primogenitum, & descendentes ejus vocavit, alias vocationes aliorum filiorum, nec descendencium adiecit, vel Majoratum in persona talis filii, ac ejus descendencium instituit, five re-

liquit talia bona tali filio, & descendencibus ejus, ut illa jure Majoratus possideant, vel inter filios, & descendentes eorum, Majoratum instituit cum uniuscujusque filii, & descendencium speciali vocatione, transversales tamen, vel alios nominatim non vocavit, nec descendentes eorum in omnibus casibus praedictis, in quibus dubitatur, an sic instituens Majoriam, censetur velle ea bona jure Majoratus dumtaxat conservari inter illos, in quorum personis Majoratum expresse instituit, five expressas vocationes fecit, ita ut deficientibus eis, bona ipsa libera esse debeant, possintque ultimo loco vocatus de illis liberè disponere; an vero censendus sit perpetuum Majoratum instituisse voluisse, ita ut deficientibus filiis specialiter vocatis, & descendencibus eorum, ad transversales institutoris, ejusdem Majoratus successio devolvatur in infinitum, nec finiatur in ultimo descendenti vocato. Quae in re eruditissimus Ludovicus Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. per totum, eruditè satis, & cæteris aliis praestantius se explicat, atque in ea opinione est, ut constanter affirmet n. 12. in fine, & n. sequent. & num. 31. & sequent. & num. 37. 38. 39. & seq. Majoratum judicari debere perpetuum, ita ut deficientibus nominatis, & descendencibus ab eis, bona in ultimo non remaneant libera, nec alienabilia, sed perpetuo, etiam usque ad millesimum gradum jure Majoratus possidenda sint, & collateralis ei proximior admittatur, qui ex genere institutoris fuerit. Et Molina resolutionem amplectuntur Burgos de Paz junior civilium, g. 2. ex num. 67. cum multis seqq. qui in fortioribus terminis defendit eam, & multis rationibus confirmat Joan. Matienz. in l. 1. n. 7. glossa 7. n. 4. lib. 5. nova collectionis Regie.

Contrariam tamen sententiam in id quod in casibus praedictis, Majoratus dumtaxat durare debeat inter filios, & eorum descendentes, & sic inter eos tantum, qui specialiter, aut generaliter sub verbo descendentes, vocati sunt, & in ultimo eorum bona remaneant libera, & alienabilia, deducitur ex sententia Oldrad. in cons. 21. Thema, col. fin. Bologneti in cons. 43. Jasonis in cons. 4. n. 2. lib. 1. Decii in cons. 95. col. 4. & in cons. 362. column. 1. & 2. & in cons. 465. per totum. Cravetta in consilio 98. Parisii in cons. 82. Quereus, num. 13. lib. 2. atque ex scriptoribus hujus Regni magis videntur probare Petrus de Peralta in l. 3. §. qui fideicommissam, n. 55. & §. 56. ff. de heredibus instituendis, & in l. institutorem, §. Stichum, num. 3. in versiculo, unde rectè, ff. de legata 2. & in l. unum. ex familia, §. sed si fundum, num. 28. eodem titulo. Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus, limitatione 2. ad l. Regiam, n. 15. & 18. in fine Palacios Rubios in repetitione cap. per vestras, notabilis §. 5. 26. n. 20. Burgos de Paz in cons. 34. num. 12. & seq. & num. 34. & 35. Mieres de majoratu, 4. part. quest. 29. per totum: ubi ex multis probat, & generaliter constituit, quod ubicunque non superest in rerum natura aliquis de vocatis ad Majoratum, bona remaneant libera, & ultimus Majoratus possessor potest illa alienare, & heredem instituire, quem voluerit. Huius etiam sententiae adhaerere videtur Gregorius Lopez in l. 2. titulo. 15. parva 2. in verbo, et mas propinque pariente, ubi in principio dixit, speciale esse in Regno, Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu, quod fratribus descendencibus succedant transversales. Et postmodum subdit in hunc modum: In aliis vero Majoratibus, ubi cessat simile ratio, saepe deficient, si vocationes deficient, & bona erunt libera, secundum quod tradit Oldradus in cons. 21. & iterum in 2. column. in medio, in versiculo, unde si aliquis faceret Majoriam in filium, in terminis decidit casibus praesentis, dicens, quod si quis faceret Majoratum in filium, & ejus descendentes, & in defectum eorum, in alium filium, & sic in alios filios, & descendentes eorum, si contingat quod omnes moriantur, exspirabit Majoria, neque succedet frater constituentis Majoratum, nisi expresse institutor afferat se velle Majoriam esse perpetuam: idem Gregorius in l. 3. titulo. 13. parva 6. in Glossa

Glossa magna, incipit, vult, quod ubi sic, quod ubi constitit voluisse testatorem Majoriam esse perpetuam; quod debent, bona in ultimo remanere libera, & inde esse, quod si conditor Majoratus dixerit, quod in eo succederent filii masculi, & masculi descendentes ex eis per lineam masculinam, ita quod non veniat ad feminas, quod tali casu deficientibus masculis, femina non succederet, nisi constaret, testatorem voluisse Majoriam esse perpetuam, de quo tamen vide Mieres de majoratu, parva 2. quest. 6. n. 44. & parva 4. quest. 29. num. 2. Salazar de usu, & consuetudine, cap. 12. n. 28. iterum etiam Gregorius ipse in l. 10. titu. 26. parva 4. in Glossa magna, column. 4. in fine, in eadem videtur permanere sententia.

61 Vides ergo inter scriptores omnimodam contrarietatem in casu praedicto, nam ex natura, virtute, & effectu verbi Majoratum, perpetuum induci Majoratum usque in infinitum, nec ad terminatos tantum, & eorum descendentes restringi, etiam si institutor non expresse velit se velle Majoratum esse perpetuum, vel aliter circa perpetuitatem ipsius non provideat, tenet expresse, & late fundat Molina loco relato supra, & omnibus fundamentis satisfactis, quae pro contraria parte extitari, aut cogitari possunt. Ceterum intrapromissos tantum, & eorum descendentes durare debere Majoratum, nec censeri vocatos transversales, nisi testator expresse se velit Majoratum perpetuum constituere, aperte tenet Gregorius Lopez in locis relatis supra: at verò nec sufficere, quod testator in institutione dixerit, se velle perpetuum Majoriam facere, siue bona perpetuo alienari prohibuerit, ubi filios tantum, ac eorum descendentes ad successionem invitavit, nec alias vocationes cepit, quia intelligitur perpetuum, id est extantibus deficientibus, aut vocatis, & perpetuas restringi debet ad eos dumtaxat, clare praesentunt Petrus de Peralta ibi supra, maxime in dict. §. Stichum, versiculo, unde rectè potest inferri, & cæteri cum eo superius relati, nec dissent, D. Petrus de Barbosa in l. si constitante, 25. in principio, num. 103. ad finem, ff. soluto matrimonio.

62 Et facit pro illis, quod in iure nequum non est, ut perpetuum saepe dicatur, quod durat interim, dum aliqui vivunt, l. 1. ubi notant Glossa, & Doctores ff. pro socio. Boerius decisio 158. & praecipue num. 12. ubi multipliciter probat restrictionem illam, semper, in substitutionibus restringi debere ex praecedentibus, & sequentibus, vel ex subiecta materia, vel si alia quavis ratio ad suadeat Socius in consilio 67. volum. 1. Parisius in consilio 37. num. 24. volum. 2. Hypoli. Rimald. in consilio 279. num. 64. & sequentibus, volum. 3.

63 Deinde facit, quod ratione Molina vitari possunt, si consideremus, quod ipse in eo praecipue fundatur in hoc quaestione, quod ex conjecturis voluntatis testatoris necessario deduci debeat, voluisse ipsum instituire perpetuum Majoratum, & in infinitum duraturum, nam ex quo usus est verbo Majoratus, ejus intentionis fuisse videtur, ut bona in familia perpetuo consensu venirent, ut etiam late fundat Burgos de Paz junior civilium, quest. 2. ex num. 63. cum multis sequentibus, & conservatio familiae cum dari non possit in primis, apt in specialiter vocatis, nisi per subrogationem aliorum, ut certum est, & latius comprobatur Burgos de Paz in consilio 2. num. 76. & in consilio 14. num. 2. plane sequitur, deficientibus descendencibus, aut specialiter vocatis, ad collaterales debere transitum fieri, quia etiam ipsi familiae appellatatione continentur, l. pronunciatio, §. familia ff. de verb. sign. l. ultima, et eodem titulo, atque ex voluntate institutoris veniunt, nam cum ipse Majoratum instituerit, (quod negari non potest) ut per consequens successione perpetua esse voluerit, credendum est, quod ordinaverit omnia, ad perpetuitatem inducendam necessaria, & de quibus disposuisset, si interrogatus fuisset,

64 aut si de illis cogitasset. Ideoque ea omnia velut expressa censeri debent, ex celebri doctrina Glossa in l. tale patrum, §. finali, ff. de patris, quam multis exponant Tiraquell. in l. si inquam. C. de revocandis donationibus, in praefatione, n. 55. & 56. Antonius Gabriel communium, titulo de regulis juris, conclus. 10. Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. num. 24. & cap. 13. num. 96. Burgos de Paz in consilio 2. n. 76. & in consilio 34. num. 29. & 30. Mieres de majoratu 1. part. quest. 51. num. 25. ad finem Simon de Practis de interpretatione ultimorum voluntatum, lib. 3. dubitatione 4. solutione 1. n. 77. & 78. cum sequentibus, fol. 211. & 212. Mantica de conjecturis ultimorum voluntatum, lib. 3. titulo 2. num. 7. & titulo 19. num. 4. Marcus Antonius Peregrinus de fideicommissis, articulo 11. num. 32. fol. 89. Camillus Galinus de verborum significatione, lib. 5. cap. 4. a principio, & cap. 5. ex num. 14. cum sequentibus & lib. 10. cap. ultimo, n. 21. Aldebrandinus in consilio 29. num. 30. & 31. & in consilio 30. ex num. 1. cum sequentibus, & num. 44. & 45. Alexander Raudentis de analogis, lib. 1. cap. 35. n. 16. Joan. Franciscus de Ponte in consilio 40. num. 10. mxi. me in fideicommissis, in quibus praedominatur verbis defuncti voluntas, l. cum proponeretur, ff. de legata 2. l. fideicommissa, §. hoc verba, ff. de legata tertio, l. penultimam, §. finali, ff. de legata 2. Alex. in consilio 100. sub num. §. lib. 4. Zancus in l. heredes mei, §. cum ita, sub num. 153. ff. ad Trebellianum. Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. num. 18. Burgos de Paz junior civilium, quest. 2. num. 90. Alexand. Raudentis de analogis, lib. 1. cap. 15. num. 308. Camillus Galinus de verborum significatione, lib. 1. cap. 21. ex num. 9. cum sequentibus folio 15. atque cum Majoratus Hispaniae in multis equiparentur illis, ut cum aliis adnotantur Molina lib. 1. cap. 1. num. 7. Burgos de Paz junior quest. 1. num. 23. vocatione collateralium necessario induci debet in casu praedicto ex tacita voluntate institutoris, qui quamvis descendentes tantum ad successionem vocaverit, praesumitur etiam quod & collaterales vocaret, si cogitaret descendencium lineam extinguendam esse, idque ut perpetuitati Majoratus consuleret, quasi antecedens necessarium juxta naturam Majoratus antea instituti, ex regula l. 2. ff. de jurisdictione omnium judicum, cum vulgatis, & ad hoc tendant omnia, quae latius, & diffuse in comprobationem suae sententiae adducit Molina lib. 1. dict. cap. 4. ex num. 13. usque ad n. 23. quae tamen, ut dixi, vitari possunt nonnullis considerationibus, sed ex eo praecipue quod conjectura principalior inducta per Molinam ex praesumpta mente Majoratum instituentis, videtur quod cessare debeat per expressam ipsius dispositionem, quae ad certas personas, aut vocationes vitæ restricta, nam et si in fideicommissis, & in joribus ex conjecturis induci possit voluntas, illa- que observari debeat, modo urgentes, & necessariae conjecturae interveniant ex Parisio in consilio 41. num. 37. lib. 3. Cephalo in consilio 46. num. 19. lib. 1. Mantica de conjecturis ultimorum voluntatum, lib. 1. titulo. 14. num. quinto. Deciano in consilio 12. num. 17. volum. 1. & in consilio 1. num. 42. versiculo, non obstat etiam usque ad num. 58. volum. 2. & cum multis novissime Blasius Florez, D. 2. de Mena variarum quest. lib. 1. cap. 18. num. 19. Id enim, quod ex conjecturis legitimis inducitur, cum verbis expressum non fuerit, evidentem inducit voluntatem, & expresse videtur, l. licet Imperator, ff. de legato 1. l. Divus, ff. de in integrum restitutione. Decius in consilio 584. num. 2. Socius in consilio 6. num. 9. lib. 3. Parisius in consilio 35. num. 12. cum sequentibus, lib. 3. Simon de Ræcus de interpretatione ultimorum voluntatum, lib. 2. interpret. 1. solutione. §. a num. 13. cum seq. fol. 153. Molina de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 4. a num. 38. Mieres de majoratu, in initio 2. part. num. 3. & num. 6. cum sequentibus Mantica de conjecturis ultimorum voluntatum, lib. 3. titulo. 3. num. 10. Antonio Thelauto decisio. Pedemontana 188. num. 2. & sequentibus, & decisione 248. num. 3. Joanne Vincentio Honded. in consilio 69. num. 7. 8. & 9. lib. 1. Tamen per voluntatem expressam, & conjecturis necessario recedendum est, l. cum ex filio, §. filio imuberi, ff. de vul-